

et 9 l. 4 tit. 14 part. 7.—facit injuriam uxori committendo adulterium, et an ipsa contra eum agat actione injuriarum, num. 5 l. 1 tit. 17 part. 7.—si habet concubinam ad uxoris petitionem, per judicem compelli debet, ut illum dimittat, ibid.—si uxori suæ damnum fieri mandavit, an ipse ad emendam teneatur, n. 2 l. 5 tit. 15 part. 7.—qualiter præmonere debet adulterum, vel de quo suspicatur, ne cum uxore sua alloquatur, et qualiter contra eum agere possit, si postea probet illum loquutum fuisse, n. 1 et 2 l. 12 per text. ibi, t. 17 p. 7.—Et qualiter illos invenire debeat, ut occidere possit, et quid si illos turpiter inveniat extra domum suam, ibi n. 2 et 3.—Maritus si vivente prima uxore cum alia contrahat matrimonium, qualiter puniatur, et an inquisitores hæreticæ pravitatis de hoc cognoscant, n. 1 l. 16 t. 17 part. 7.—si sit leno mulieris, qualiter puniatur sive recipiat pro hoc pretium, sive non, n. 6 et 7 l. 2 per text. ibi, tit. 22 part. 7.—si ad infidelitatem transeat, qualiter puniatur, et cui ejus bona applicentur, glos. l. 6 tit. 23 p. 7.—an per judicem damnari debeat, ut pro suo delicto Regi in tremibus serviat, uxore sua reclamante, n. 4 l. 4 tit. 31 part. 7.—pro delicto uxoris non tenetur, neque è contra, glos. l. 9 per text. ibi, tit. 31 p. 7.

MARITUS INTRANS RELIGIONEM, vel vovens castitatem.—Intrans religionem de licentia uxoris, quæ ideo vovit castitatem, si ante professionem exeat, an voto non obstante uxor illum revocet, n. 9 l. 11 tit. 7 part. 4.—si sine licentia uxoris Religionem fuit ingressus, si ab ea per uxorem fuerit substractus, et postea uxor deceat, an debeat ibi redire, n. 3 l. 12 ibid.—Et quid si cum licentia uxoris, et post uxoris voluntatem fuerit propter uxoris incontinentiam de monasterio extractus, an post mortem uxoris poterit matrimonium contrahere, ibidem.—Maritus non potest votum continentiae emittere per quod uxori fiat præjudicium, et quid si voveat tantum de non exigendo, n. 8 l. 3 tit. 8 part. 1.—non potest votum peregrinationis facere sine consensu uxoris, ibidem.—an possit vovere pro subsidio terræ Sanctæ, dict. n. 2 et 3 l. fin. eod. tit. 8 part. 1.—et uxor si simul voverint continentiam, illam observare tenentur, n. 15 l. 7 tit. 2 part. 4.—et uxor si ambo simul voverunt continentiam, si unus postea fornicaretur, an alius illum repetere possit, n. 5 quæst. 4 l. 8 tit. 2 in part. 4.—Et supradicta non procedunt, quando fornicationes sunt diversæ, ibidem.—Maritus, et uxor possunt, si velint in continentia vivere, sed si malitiosè istud fecerint, occurret Episcopus, n. 3 l. 1 t. 9 part. 4.—si velit intrare Religionem, vel ad sacros ordines promoveri, potest de uxoris licentia, et quando tunc, n. 1 per text. ibi, l. 2 tit. 10 part. 4.—si velit esse Episcopus, tunc uxor debet intrare religionem, licet non sit suspecta de incontinentia, neque sufficeret vovere continentiam, et remanere in sæculo, ibidem.—Hoc tamen non fiet altero invito, neque licentia habita per metum aliquid valebit, ibidem in n. 2 dict. l. 2 tit. 10 part. 4.—Maritus si dat uxori licentiam ingrediendi religionem, an ipse tacitè videatur vovere continentiam, ibid. in n. 3.—Si talis maritus sit senex,

vovet continentiam, si juvenis, debet ipse Religionem intrare, ibidem in num. 4.—Maritus an possit de licentia uxoris Religionem intrare, etiamsi non adsit licentia Prælati, ibi n. 5.—sine auctoritate ecclesiæ ab uxore diverti non debet, et quid si fornicatio sit notoria, n. 6 l. 2 tit. 10 part. 4.—qui remansit in sæculo, et vovit continentiam, an uxore mortua possit matrimonium contrahere, ibidem in n. 10.

MARITUS REDDIT DEBITUM, vel non.—Maritus communicans cum uxore excommunicata, est excommunicatus, licet illi reddere debeat debitum requisitus, n. 6 l. 34 tit. 9 part. 1.—graviter infirmus, an cum periculo vitæ uxori petenti debitum, illud reddere teneatur, n. 7 l. 7 tit. 2 part. 4.—an lite pendente teneatur reddere debitum uxori accusatæ per eum de adulterio, num. 2 per text. ibi, l. 8 tit. 2 part. 4.—cognoscendo carnaliter uxorem non peccat, imo et quandoque meretur, n. 1 et 2 per text. ibi, l. 9 tit. 2 part. 4.—reddendo uxori suæ debitum meretur, exercetque actus justitiæ, ibidem in n. 5.—liber uxori cui super servitute est motus, debitum reddere non tenetur, n. 5 et 4 l. 4 tit. 3 part. 4.—Et quid si lite pendente super nullitate matrimonii ad mandatum ecclesiæ, debitum reddiderit, an sibi præjudicet, si ipse moverit litem, sive dominus ipsius servæ, et quid si super hoc excommunicetur, dict. n. 4 dict. l. 4 tit. 5 part. 4.—Maritus si non possit carnaliter uxorem virginem cognoscere, et ad alias corruptas benè accedit, an possit claustra pudoris suæ uxoris aliquo actu medicinali interveniente frangere, et an istud sit contra naturam, n. 6 l. 2 tit. 8 part. 4.—an teneatur reddere debitum uxori suæ fornicanti, n. 5 et 7 l. 2 tit. 9 part. 4.

MARITUS UXOREM DE ADULTERIO, vel alio crimine accusat, vel accusatur, vel occidit.—constante matrimonio non potest uxorem criminaliter accusare, etiam pro magno furto, n. 4 l. 3 tit. 2 part. 5.—uxorem de adulterio benè potest coram iudice sæculari accusare, ipsa tamen illum coram eo, non, sed tantum coram ecclesiastico, n. 4 l. 8 tit. 2 part. 4.—si postquam dimisit uxoris adulterium ipse adulteravit, an ab uxore accusari possit, ibi num. 5.—si postquam dimisit uxorem propter fornicationem, recepit ordines sacros, et in sacro ordine fornicat, an redintegretur matrimonium, ibidem.—uxorem adulteram accusare debet, ne patronus turpitudinis esse videatur, aliàs peccabit mortaliter, n. 5 et 7 l. 2 tit. 9 part. 4.—Et an fornicanti alter debitum reddere debeat, ibidem.—Et an ignorantia illum excuset à criminis participatione, ibidem.—Maritus ab uxore accusari potest tantum quoad thori separationem, n. 12 l. 2 tit. 9 part. 4.—an possit accusare uxorem suam de adulterio, si ipse etiam adulterium commisit, et quid de jure communi, et regio, n. 2 l. 6 tit. 9 p. 4.—Et quid si uxor marito objiciat lenocinium, sive in iudicio ecclesiastico, sive sæculari, ibid. in n. 4.—Maritus an possit uxorem accusare de adulterio, sive ad illud fuit coacta; et quid si vis non fuit præcisa, sed conditionalis; et quid si maritus illam præmonuit, ut aufugeret, ne vi hostium opprimeretur, quæ noluit facere, an ne tunc rea esse videatur, n. 1 l. 7 per text.

ibi, tit. 9 part. 4.—hæreticus an possit uxorem de adulterio accusare, an verò istæ fornicationes compensentur, n. 5 l. 8 tit. 9 part. 4.—Et quid si ipse ad fidem fuerit reversus, an et tunc fuerit locus compensationi, ibidem in n. 6.—Maritus si accuset uxorem suam de adulterio, an ad pœnam talionis se obligare debeat, et dato quòd se non obliget, qualiter punietur, si calumniosè illam accusat, n. 2 et 3 per text. ibi, l. 13 tit. 9 part. 4.—accusari potest de adulterio per uxorem in foro ecclesiæ, sed non in sæculari, n. 4 et 5 per text. ibi, in dict. l. 15 tit. 9 part. 4.—adulteram uxorem occidere potest, et quo jure hoc sibi permittatur, n. 5 l. 11 tit. 15 part. 6.—cum occidit uxorem adulteram, non est minister legis, sed ultor propriæ injuriæ, ibidem.—si fecerit fieri abortum uxori suæ, qualiter puniatur, n. 5 l. 8 per text. ibi, tit. 8 part. 7.—si occidat uxorem injustè, qualiter puniatur, glos. l. 12 per illum text. tit. 8 p. 7.—solus uxorem suam de adulterio accusare potest, extraneus verò non, n. 7 quæst. 2 l. 1 t. 9 p. 7.—an possit uxorem in iudicio accusare, quæ sibi aliquid furavit, n. 5 et 5 l. 4 per text. ibi, tit. 14 p. 7.—Et qualiter maritus rem illam recuperabit, si illam penes alium inveniat, ibid. in n. 7, 8 et 9.—Maritus si uxorem de adulterio accusaverit, et ipsa ei opposuerit excipiendum de lenocinio, si exceptionem illam probet, an maritus ut leno puniri debeat, et quando, n. 5 et 4 l. 29 per text. ibi, t. 1 p. 7.—potest uxorem de supposito partu perpetuo accusare, et qui alii possunt, num. 1 et 2 l. 5 tit. 7 part. 7.—Et an sit pro isto delicto suppositi partus pœna mortis imponenda, n. 4 l. 6 ibi.—Maritus si occidat illum, qui per vim uxorem suam stuprare volebat, an puniatur, n. 1 l. 5 per text. ibi, tit. 8 part. 7.—de adulterio ab ejus uxore criminaliter accusari non potest, et quando, et qualiter sic, n. 5 l. 1 per text. ibi, tit. 17 p. 7.—facit injuriam uxori committendo adulterium, et an ipsa contra eum agat actione injuriarum, ibid.—solus uxorem suam de adulterio accusare poterit, alius non, et quid si ibidem adsit simul incestus, n. 3 l. 2 tit. 17 p. 7.—Et an iudex inquirendo, vel voleus provinciam purgare, admittatur, et possit tales adulteras castigare, vel illas expellere, saltem quando sunt publicæ, dict. n. 5 dict. l. 2 tit. 17 p. 7.—Maritus intra quantum tempus uxorem suam de adulterio accusare poterit, dict. n. 5 in fin.—potest uxorem de adulterio accusare, etiam soluto matrimonio inter eos, et intra quantum tempus illam accusare, et adulterium probare teneatur; et an si intra tempus constitutum non probet, excusetur, n. 1, 2, et 4 l. 5 per text. ibi, t. 17 part. 7.—Et an post mariti mortem ejus hæredes uxorem suam de adulterio accusari possint, n. 8 l. 5 t. 17 part. 7.—Maritus si non probat adulterium uxoris, an et quando teneatur, vel excusetur à præsumpta calumnia, ibid. in n. 12.—Et quando mulier per maritum accusata de adulterio debeat exceptionem lenocinii proponere, et quid si illam proponat post litem contestationem, num. 2 et 4 l. 7 per text. ibi, tit. 17 part. 7.—Et quales exceptiones proponi possit contra maritum accusantem uxorem suam de adulterio, et quando, et qualiter sunt proponendæ, glos. l. 7, 8, 9, 10 et 11 t. 17

p. 7.—Maritus qui uxorem suam de adulterio accusavit, an ab accusatione repelli possit, si dicat etiam illum esse adulterum, n. 2 l. 6 tit. 9 part. 4, et n. 1 l. 9 t. 17 part. 7.—qualiter præmonere debeat adulterum, vel de quo suspicatur, nec cum uxore sua alloquatur, et qualiter contra eum agere possit, si postea probet illum loquutum fuisse, n. 1 et 2 l. 12 per text. ibi, tit. 17 p. 7.—etiamsi vilis sit, an possit inventum turpiter cum uxore sua occidere cujuscumque conditionis sit, et quid in vassallo, n. 1 et 5 l. 15 per text. ibi, tit. 17 part. 7.—Et qualiter illos invenire debeat, ut occidere possit, et quid si illos turpiter inveniat extra domum suam, ibi n. 2 et 3.—Maritus occidens uxorem adulteram lucratur ejus dotem, n. 5 cum aliis ibi, l. 15 tit. 17 p. 7.—Et postquam uxor et adulter convicti sint, debent in manibus viri tradi, n. 8 dict. l. 5.

MARITUS TESTIFICAT; et maritus non potest testificare contra uxorem suam, n. 1 l. 15 tit. 16 p. 5.

MARITUS IMPOTENS, si non possit carnaliter uxorem virginem cognoscere, et ad alias corruptas benè accedit, an possit claustra pudoris suæ uxoris aliquo actu medicinali frangere, et an istud sit contra naturam, n. 6 l. 2 t. 8 p. 4.—v. suprà in verbo IMPOTENS.

MARITUS HÆRETICUS, vel INFIDELIS, an possit uxorem de adulterio accusare, an verò istæ fornicationes compensentur, n. 5 l. 8 tit. 9 p. 4.—Et quid si ipse ad fidem fuerit reversus, an et tunc locus sit compensationis, ibid. in n. 6.—Maritus si incidat in hæresim, amittit donationem propter nuptias, n. 5 in fin. l. 15 t. 17 p. 7.—si ad infidelitatem transeat, qualiter puniatur, et cui ejus bona applicentur, glos. l. 6 tit. 26 part. 7.

MARITUS LUCRATUR, ALIENAT, vel amittit dotem, vel illi renuntiat.—qui passus fuit uxorem litigare, et defendere rem aliquam, quam in dotem dedit, si ipsa condemnatur, an illud sibi præjudicet, n. 12 l. 20 tit. 22 part. 5.—an possit renuntiare pacto de lucranda dote, vel statuto tale lucrum sibi deferenti, n. 4 l. 4 tit. 11 part. 4, et n. 5 l. 5 ibidem.—an possit renuntiare lucris quærendis per ipsum, ut ipsa fiant uxoris, et quid in ipsa uxore, n. 5 l. 5 tit. 11 part. 4.—potest dotem alienare, quando res in dotem datæ fuerunt æstimatæ, et tunc possit, quando verò non, n. 4 l. 7 tit. 11 part. 4.—an teneatur prius dotem reddere, quam donationem propter nuptias recuperet, num. 5 l. 7 t. 11 part. 4.—si vendidit rem propriam cum pacto redimendi eam, si constante matrimonio illam redimerit, quæ multum plus valeat, quam prius, an illud lucrum, et quod plus valeat, dividat tanquam commune lucrum inter virum, et uxorem, n. 5 quæst. 2 l. 18 t. 11 part. 4.—Et quid si maritus vendat fundum de voluntate mulieris in majori pretio, quam fuit æstimatum, ibidem.—Maritus indistinctè potest res immobiles sibi in dotem datas vendere, tenebitur tamen ad earum æstimationem, n. 5 l. 24 tit. 11 part. 4.—lucratur dotem propter uxoris adulterium; et quid si ejus pater, vel alius qui dotem dedit, fuerit stipulatus illud sibi reddi soluto matrimonio, n. 1 l. 23 tit. 11 part. 4.—Et si ipse adulterium commisit, amittet donationem propter nuptias, quam fecit, ibid.—Maritus qui propter uxoris adulterium lucratur do-

